

I. N. J. CH.

DE

ÆTATUM VA-  
RIETATE & CHA-  
RACTERIBUS

in imitatione Poëtica observandis

EXERCITATIO ACADEMICA,

Quam

Ex Indultu Ampliss: FACULT. PHILOSOPH.

In Regia Aboënsi Academia

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO

TORST. RUDEEN,

Poës. PROFESSORE Regio & Ordinario,

& h.c. Acad. RECTORE MAGNIFICO,

*Doctorum placide censura modestè submittit*

JOHANNES NORGREN

Carel.

*In Auditorio Maximo ad diem 22. April.*

*Anno 1699. hor. antemerid.*

Impr. apud Jo. LAURENT. WALLIUM.

Acad. Typogr.

VIRO  
Samma in REGEM fidei,  
Reverendissimo in CHRISTO  
PATRI ac DOMINO,  
**DN. PETRO LAUR.**  
**BECCCHIO,**  
S. S. Theologiæ DOCTORI  
Consumatisimo,  
EPISCOPO Dicces. Wiburgensis  
Amplissimo,  
Consistorii ibidem PRÆSIDI  
Gravissimo,  
Gymnasii Regii & Schol. EPHORO,  
MÆCENATI SUMMO.  
ANNOS ET FATA PROSPERA!

**I**mpia terrigenum cum junxit  
Pelion Ossa  
Turba, sibi pœnas, tela  
trisulca, parat.  
Qvis fecit an has mereat quoque nostra  
audacia pœnas?  
Vellere dudum aurem hæc vox quoq;  
visa mihi est:  
En! audax facinus committis, desine  
magno  
Munera, si sapis ah, mittere parva  
Viro.  
Munera quæ credis tibi sic paritura fa-  
vorem  
Non parient, odio munera digna  
magis.  
Adstitit at Pallas, dextram complexa,  
timorem  
Jussit abesse procul, cordaque mæ-  
sta levat.  
Mente piâ quidquid tentas, audenter  
id ipsum  
Efficias, dixit: spondeo gratus  
eris.  
Gran-

Grandia vix tanto sunt cordi dona Pat-  
trono :

Primitias mentis respicit ille piæ.  
Comica Musa olim vilem ludebat ob-  
hircum,

Haud illam munus, sed satiavit  
honor.

Dixit. & erectâ dum mente hæc di-  
cta revolvo

Non timor iste aderat, nec tamen  
omnis abest.

Ergo, Patrone ingens quæ terrent ulti-  
ma pellas

Atque oculos subeat parvula char-  
ta Tuos.

REVER. IN CHR. PATRIS

Cultor humilimus

JOH. Norgren.

In Dissertationem eruditam  
De

CHARACTERIBUS HORATIANIS,  
*Juvenis Literarum ac morum elegantiam  
ornatissimi,*

DN.. JOHANNIS  
NORGREN S/  
Amici sinceré dilecti.

Huc Puer, huc calido ferventes san-  
gvine Ephebi,  
Vosque Viri, & tremulo poplite ad-  
este Series.

Qvisque tuos isthoc cernetis in æqvore  
chartæ

Depictos mores : sed sine bile ta-  
men,

Sit licet ipsa nigro signata hæc pagina  
rōre,

Candorem Authoris sic tamen illa  
notat.

Festinab.

TORST. RUDEEN.

Poës. P. ordin.  
A. h. t. Lect: aco



## CANDIDE LECTOR.



Est merito in me, Horatianum illud quadrare posset,  
Nos numerus sumus & summi item fuerint philosophi. Unde etiam  
truges consumere natū: Plato, Tyranno Dionysio, exquisitam feliciter  
Nunquam non temporis ha-  
bendam esse rationem putavi, quippe cuius nam Aristophanis fabulam, quam vnde ac in-  
fucturam, sapientiores gentiles, tanti fecisse scriptst, principi viro commendasse Phil. fertur.  
Et Cicero, non Philosophia minus, quam civi-  
tatis regende gnarus, agnoscit Poësin esse huma-  
næ consuetudinis speculum illustre & quotidiane  
vitæ perfectam imaginem; Sed nec alia fuit res,  
quaे veteribus Poëtis, id peperit, ut Σωλῆνες τινὲς  
πόλεων, servatores uritatum dicerentur, quam  
quod ratione gratissimā, virtutū sedandarum  
fugiendorumq; vitiorum, docerent viam. Orbis  
ille Domitor Alexander, Homerum dormiens  
in theca aurea sub cervicali habuisse dicitur;  
novid enim Rex Magnus, multos ante Agave-

:ommendasse, preterquam enim, quod omnibus  
constat, quantum augmenti in rem literariam  
Poëte contulerint, quoque scientie abstrusa in  
puto Democriti latitassent, si non culta fuisset  
veneranda Poësis; Ipse etiam Minellius (in de-  
dic. ad Terent.) dicere non dubitat, ab illis plura,  
in Remp. literariam, commoda, quam  
ex centum Philosophorum Scholis pro-  
manare; & verè quidem, cum antiqui Poëta,  
summi item fuerint philosophi. Unde etiam  
Plato, Tyranno Dionysio, exquisitam feliciter  
administrate Reip. rationem desideranti, u-  
facturam, sapientiores gentiles, tanti fecisse scriptst, principi viro commendasse Phil. fertur.  
Et Cicero, non Philosophia minus, quam civi-  
tatis regende gnarus, agnoscit Poësin esse huma-  
næ consuetudinis speculum illustre & quotidiane  
vitæ perfectam imaginem; Sed nec alia fuit res,  
quaे veteribus Poëtis, id peperit, ut Σωλῆνες τινὲς  
πόλεων, servatores uritatum dicerentur, quam  
quod ratione gratissimā, virtutū sedandarum  
fugiendorumq; vitiorum, docerent viam. Orbis  
ille Domitor Alexander, Homerum dormiens  
in theca aurea sub cervicali habuisse dicitur;  
novid enim Rex Magnus, multos ante Agave-

mnōnem, ante Achillem, fuisse Heros, dignissimam herba, venena serpens & mella apis  
mos laude, quicquid vatum praeconio destituti, fugit; sed nec Poetas ita suadimus legendos,  
profundā oblivionis nocte sepulti jacent. Noluntur oblivioni tradatur, verbum DEI vivi. Opī-  
autem jam in laudes Poëtos ulterius descendentes enim atq[ue] rusticos quis damnabit, quod  
dere, ne nobilissimæ rei, umbram pro luce in-nec illis semper nacet sacra legere? Audire de-  
feram. Id præterire non possum eidem obfuscentibus illi ipsum ras DEI electum Aposto-  
lisse non parum, quod voces sint audite viro lum Paulum, jubentem omnia nos pro-  
rum cetera celebrium, qui tantum non ivere bare, bonum autem quod est, tenere:  
damnatum, certè diminutum illius usum, haud qui & exemplo suo hoc ipsum probat, dum  
tutò, dicentes, tempus Poëtarum lectiōni debere Arati, Menandri & Epimenidis Poëtarum ver-  
insimi, quandoquidem, quicquid non ad ater. Præ-  
nitatis beatam faciat possessionem, si secundum  
Pauli sententiam, pro stercore algaque vilis  
babendum: quin & in Poëtarum scriptis,  
res impuræ, uti ipsis videntur, passim illos of-  
fendunt, quas tamen homo Christianus, san-  
guine viperino cautius vitare deberet. Cona-  
tus laudaremus, nisi intempestivè essent seduli.  
Afferat ad Poetas legendos castum animum  
Lector, & illorum protinus castimoniam de-  
prehendet, nec enim eorum fabulas, eodem  
modo doctus metitur ac indoctus; quin, in  
ipsis sacris scripturis, si quis ad illas impuro  
accesserit pectore, quod sordibus suis pretexat,  
se existimabit invenisse: non aliter atque ex

ca-

con-

confuso, sed distincto ordine procedat, operam  
dictatores dare solent, quod illius requisitis fa-  
ciant. Occasio & mibi oblata est, in  
illis meditationibus, hac publica disquisitione,  
ingenium exercendi. Scilicet biennum ex-  
carrit, cum in Regia hac Acad: Ars Poëtica,  
ex Horatio publicè prælegeretur, sedutè vero  
revolvi mente, quam pulera fuerant, quæ à  
divino Poëta traduntur; Quare, præcepta in  
eàdem, quod cogitavi diutius, tanto mihi ar-  
ridere cuperunt magis, donec tandem Juveniti  
studio impulsus, præsens argumentum mi-  
hi sumserim elaborandum, quod jam in lu-  
cem publicam edetur. Vale Lect. Benev.  
Istiusque ab Oveno prolati esto memor: nim-  
rum,

Quilegis ista, tuam reprehendo, si mea  
laudas  
Omnia, stultitiam: si nihil, invi-  
diam.

\*\*\*

## CAPUT I.

### THEISIS PRIMA.



NVALUIT diu, mos alioquin laudandus in Academiis, ut videlicet, inscriptiones disputationum & voces, quæ vulgo MATERIA audiunt, mox in ipso limine enucleantur, antequam ad ipsa penetralia adiri solet: hoc ipsum & nos, forte faceremus, ni tempus ipsaque inscriptionis claritas, vetarent: inane, enim, existimamus, in verborum variis originationibus, æqui pollentiis & similibus evolvendis oleum & operam velle perdere, ubi singula aliæ satis, & usu, & ipsa veritate, clata sunt. Ut tamen non reddamus Lectorem nostrum suspensum, operæ pretium fore putamus si mentem nostram expandamus qualitercunque: removemus autem hinc æatem, quam Ovidius (a) diuidit in auream, argenteam, æream & ferream; quemadmodum & eam, de qua

A

Flos

(a) Metam. lib. i. fab. 3.

<sup>4</sup> Unde etiam Horatius de eodem lib. 1. Epist. 2.  
Qui, quid sit pulerum, quid turpe, quid  
utile, quid non  
Plenius ac melius Chrysippo ac Crantore  
dicit.

Ideo egregiè Celeberimus Anglus Verulamius, in opere de Scientiarum Augm. cap. 13. p. 148. docet, Poësin esse planam, qvæ velut à terra luxuriantem, absqve certo semine germinans, supra cæteras doctrinas excœvit ac diffusa est.

### THES. II.

**I**N numero etatū, scriptores inter se dissident; alii quinque recensent, in quorum ordine est Varro, is enim cit. Socrato in suo Lex. eam despescit in Infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, senectutem; & unymqve gradum in iis, putat esse divisum in annos XV. notante Aus. Popm. (d) aliis placet numerus Senarius; quibusdam rursus atridet varius, etiam ob ejus, ut dicere amant, perfectionem & notabilitatem. Iis nihil derogamus, cuiilibetque suum relinquimus sensum, hic tamen, quoniam imitamus vatem Venuſinum, etiam eam dispergitur in quatuor partes,

(d) de diff. Verb. lib. 1. p. 11.

suffulti pariter auctoritatibus rationibus que. Aristoteles Philosophus eximius, sic eam lib. 2. Rhet. c. 12. (e) dividit: eum etiam observat ordinem Barclajus, initio libri, quem inscribit, Iconem Animorum: pari modo & Democritus (z) verba ejus sic sonant: *Totus homo ex nativitate morbus est, dum educatur, (1.) in utilis est, & alienum auxilium implorat: dum crescit (2.) protervus, insipiens, pedagogique opus habens: dum in vigore est (3) audax est: dum decrescit (4) est miserabilis, ubi labores suos recedit ac jactat, etc. divisioni huic, suum album pariter addit calculum, Ovidius, (y) sic enim inducit Pythagoram loquentem:*

*Quid? non in species secedere quatuor  
annum*

*Aþtis, etatis peragentem imitamina  
noſtra? Sc.*

Ubi egregiè, ad finem fabulæ, de eadem differit materia. Quam sit autem hæc notitia in Poëmate, præcipue Epico & Dramatico, rectè formando necessaria, is ignore solus potest, qui nondum didicit Poësin

(e) Scip. Clarem. p. 75. (z) ap. Huart. Scrut. ing. p. 24. (y) Metam. lib. 15. fab. 3. p. 119. seqq.

Florus aliquoties. ( $\beta$ ) Nec jam cōfidēs  
tam̄ atatem heroicam, quam Tullius vo-  
cavit ea tempora, quibus heroës ex Diis,  
ut vana superstitione credidit, geniti floru-  
erunt: nec nostræ est tractationis, *etas*  
*militaris*, quæ fuit annorum XVII. an-  
te quam, scilicet septimumdecimum & post  
quadragesimum sextum ætatis annum, non  
nisi summa necessitate cogente quisquam  
militare solebat. Nec *etas consularis*, quæ  
legibus Romanis erat annorum XLIII. ut  
docet Cicero ( $\gamma$ ) Sed intelligitur hic æ-  
tatis nomine, ea vitæ pars, in quâ, ex  
calidi & humidi misturâ, in corpore, &  
uniū in alterū actione, substantiæ cor-  
poreæ temperies, alterationem sensibilem  
recipit, hominemque diversissimis cha-  
racteribus variarum repræsentat; nec illa,  
sub formalī physico, sed peculiari & li-  
bero, prout instituto nostro, in Poëta  
formando, poterit inservire; ita tamen,  
ut si quid ex foro physico, vel aliundè,  
mucuati fuerimus, non tamen ex alieno  
agro manipulos artipuisse videamus;  
cum omnes disciplinæ, non modo soro-  
rio sibi vinculo annexantur, nec ulla  
unius institui possit sufficiens & clara

( $\beta$ ) lib. 1, cap. 1. & 2, c. 19. ( $\gamma$ ) Philip. 52

tractatio, nisi ad illius perfectionem, su-  
am qvælibet symbolam dederit: verum,  
ipsa etiam Poësis, quam præcipue hic respi-  
cimus, hoc habeat peculiare, quod nul-  
la humaniore disciplinâ possit carere. Et  
quamvis Poëmatis anima, fabula sit,  
continet tamen illa docetqve veritatem  
generalem, quam applicatio ad personas  
certas, reddit particularem. Sic, in Ho-  
meri Iliade præcipue docetur, statuum  
incolumitatem pendere ex unione & con-  
cordia civium, subverti a. per eorundem  
discordiam: hanc veritatem, fabula red-  
dit singularem, in altercationibus Aga-  
memnonis atqve Achillis. Sed nec mo-  
ralis veritas sola est, quam Homeri fi-  
ctiones continent. Historica ac natura-  
lia sub hoc fabularum involuero arti-  
ficiosissimè comprehenduntur, ut majori  
cum admiratione ac gratia fese nobis  
commendent. Gratiam etenim, ex admiri-  
abili nasci, ipse Aristoteles agnovit, in  
sua Poëtica; atqve in illa arte, Home-  
rum fuisse primum ostendit, utpote qui  
mentiri, prout oportuit, novit, verba e-  
jus hæc sunt; δεδίδαχε δὲ μάλιστε Οὐγη-  
πος ρῆ τες ἄλλες φευδῆ λέγεν ὡς δῖ.

ēsin in imitatione consistere, cuius veris similitudinem, cum re representatā, (quam sollicitè adēd Poëtis commendat Aristoteles in sua Poëtica) nequiquam se habitor, qui in cuiusque ætatis intimā non penetravit. Quin etiam, cum nec cuique ætati idem sint mores, utpote quos constitutio & fortuna diversè temperant; has quoque speculabitur Poëta, cuique suum tributurus cavebitque præ-  
primis.

*Ne, quicunque Deus quicunque adhibebit*

*tur Heros,  
Regalē conspectus in auro nuper & ostro  
Migret in obscuras humili sermonē ta-  
bernas,*

*Aut, dum pirat bumum, nubes & inania  
capet.*

*Horat. (9) Hujus notitiae necessitatem  
in Poësi, non dissimilat idem Horatius  
opere eadem v. 317.*

*Respicere exemplar vite morumq; jubebo  
Doctum imitatorem, & veras hinc duce-  
re voces.*

*Et v. 309. agnoscit hanc sapientiam, esse  
recte scribendi & principium & fontem.*

*(9) in Arte v. 227.*

TH<sub>2</sub>

### THÈS. III.

*QUATUOR ætatis distinctos gradus ho-  
mini tribuit Horatius, pueritiam, ju-  
venilem ætatem, nec non virilem & sene-  
cūtatem: ubi quidem infantia & adolescen-  
tia, quas alii his annumerant, desiderari  
videntur, salva tamen res est modò bene  
concilientur auctores, infantiam sub se  
complectente pueritiā: adolescentiā, iterū;  
reductā, priori sui parte ad pueritiam;  
posteriori ad juventutem. Sed nec Poëtis  
adēd est cordi infantilis ætas, quatenus ras-  
tissimè contingat produci in scenam in-  
fantes, & cum quidem non nisi vagien-  
tes in cunis, nullo singulari charactere  
insignes. Sunt ergo quatuor tantum æta-  
tes, cum suis proprietatibus nobis con-  
siderandæ; quarum tamen intervalla, cer-  
to annotum numero distingui & definiti  
vix possunt; cum temperamenti mutatio-  
nes, in aliis hominibus citius, in aliis  
tardius fiant: Temperamenti hic mentio  
necessaria est, quandoquidem inclina-  
tionum differentias, ab illo pendere; af-  
ferant Physici; illudque quadruplex nu-  
merent, sanguineum, biliosum, melan-  
cholicum & phlegmaticum, quæ ortum  
suum debere dicunt calori, frigiditatis  
hæ-*

humori & siccitati, vulgo, qualitatibus præmis dictis. Inde corpora puerorum & infantium, calorem & humiditatem quodammodo, in æquilibrio habere; in juvenibus calorem & siccitatem dominat; ætatem virilem calorem non in tanta copia ac frigus, obtinere, senectutis verò, frigiditatem & siccitatem, individuas esse comites, docent Claremontius ex Aristotle, Huartus & Physici passim.

#### THES. IV.

**I**NFANTIS mentionem hic quidem libenter omittimus, quandoquidem, ut antea monuimus, parum illius indolis character à Poetis attendatur; quoniam autem, ex hac ætate, de futurâ judicamus, haud aliter, ac de reliquo die præfigimus ab ejus mane, paucissimis speculabimus hic puerum, quatenus jam est homo in lucem editus, hujusque lucis mortali usorâ frui incipit. Est ille, ex duabus partibus, diversissimis licet, compositus, corpore nempe organico & mente finita; corpus, quidem, variis & rotferè partibus, quot in statu proiectiori, instructum est, ita ut paucæ, vel quædam, posterum sint addendæ, ut dentes,

pili

9  
pili &c. atamen, adeò debile est, ut nî matrum nutricumvè cura accesserit, actum esse de infantis salute, quotidiana experientia doceat; infirmitatem istam, oriri Physici dicunt ex inopia spirituum animalium, qui omnes suas vires non adhuc ad robur vel consistentiam, sed ad augmentum corporis impendunt; quæ quoque causa est, quod arteriæ, nervi, vene & musculi, nondum sua præstent officia. Interest tamen non parum, quibus alimentis tenella hæc ætas nutritur, quandoquidem, post cognitam parentum, locique & temporis conditionem, in illis plurimum momenti ponant morum indagatores. Quapropter, Homerus, descripturus Phrygum illum tremorem ac omnis terroris expertem Achillem, ut character illi tributus tanto videatur verisimilior, singit illius pueritiam Chironis curæ traditam, non cibis cerealibus, sed animalium medullis & carnibus de venatu nutritam. Ut exemplis aliis nunc supersedeam, quibus omnes Historiæ scatent, atque in brutis etiam animalibus experimenta non infrequentia ostendunt. Undè facile patet, non modo futurarum inclinationum fundamenta,

B

jacq

jaci in tenellâ isthac ætate, verum posse quoque Poëtas de iisdem conjicere, postquam educationis ratio ipsis innovuit, proprieatisq; inde formare characteres, licet cæteris illius personæ non aq; fuerint manifesta. De mentis operationibus in hoc statu, non est quod sollicitè queramus, quam sentire tum magis quam intelligere, aut judicare eredimus; & quidem immersam, ut sic loquar, humoribus, quorum in infantili corpore summam esse copiam, corporis secretio seu augmentatio, non minus aegritudine, quam frequens lacrymarum ex oculis stilla. Fieri nutritionem, Physici docent, ex alimento, in sanguinem converso & percolato, cuius puriores & tenuiores partes, poris membrorum impastæ, si plures sint, quam ad nutritionem requirantur, ope caloris, membra, in quæ valde mollia fuctint illapsæ, facile per omnes partes distendunt: non multum aliter, ac in rarefactione, per novæ materiæ allapsum, corpus aliquod extendi, seu majus spatum capere videmus. Quis autem dubitabit hæc alimenta, quæ diversa capiuntur, diversos gignere humores, humores deinde temperamentum variare, ac diversas tandem exinde fieri

iæ-

inclinationes: unde frequentissimè infantes, nutricum vitiis imbuti, deprehenduntur. Humorum copiam, ut ante dictum, in infante ostendunt etiam lacrymæ, quæ cum voce quadam leni & debiliter semper mistæ emittuntur, ut testatur Sapientia: (i) natura videlicet melior, ei illas implantavit, ut miseriam mundi calamitosamq; vitam per ~~ωληψι~~ quasi metueret & vaticinaretur: quod & considerantes Thracæ, in lucem editos, lacrymis exceperunt: egressos læti efferebant. (x) Lacrymæ vero proveniunt ab humoribus, quibus aut per tristitiam, aut etiam lætitiam (quod in senibus potius attenditur) refrigeratis, oculorum meatus contrahuntur, quæ compressione vapores ex iis prodeentes in aquam vertuntur: quoniam scilicet eorum motu retardato, partes sibi occurunt, & ita inter se uniuntur, ut in lacrymas abeant, docente Le Grand. (λ) sicut dicuntur fontes nonnulli, ex vaporibus, per calorem in superficiem terræ levatis, ibi que frigore concretis, uniri & in aquas abiisse. Prior autem est hæc ætas, sicut

B2

(i) cap. 7. v. 3. (x) Cic. in Consol.  
(λ) Inßst. Rösl. pars. IX. cap. 13.

& foeminae sunt, ad laerymandum, ob il. stam minus. Adeoque etiam hie, ' pec-  
lam copiam humoris. Unum est, quod cari potest in Poëmate si tenerior adul-  
vix fallit præsagium, inquit Barclajus ( $\mu$ ) tiori, aut adulta puerō vox, tribuatur;  
scilicet, lacrymarum profuse excedentium quā in re, ut & ubique, obtinet anti-  
facilitas: qui enim ad primum percul-  
sae mentis ictum, veris gemitibus madent, Stagg.  
sunt illi naturæ mollioris & ad humani-  
tatem amoremque compositæ: alios vi-  
deas magnis quidem clamoribus simu-  
lantibus fletum, siccos tamen oculos  
inter parentum minas & verbera tenere;  
feri isti plerumque, si adoleverint, aut  
cerre, in opacis pectoribus, nec teneros  
afflatus, nec justos etiam timores, ad-  
missuri. Vox etiam rursus, postquam  
paulò adultiores facti sunt, tenuis, re-  
missa & lenis esse solet, tum ob infirmi-  
tatem corporis ( Aristoteles enim, Phy-  
siogn. cap. 7. citante Claremontio, gra-  
vem & intensam vocem ex fortitudine  
& robore, acutam & remissam ex imbe-  
cillitate & timore esse dicit ) tum etiam  
quod asperam arteriam, per quam vox  
absolvitur, habeant angustiorem. Sicut  
tibia crassior inflata gravem, angusta  
acutum & lenem edit sonum; per crassam  
enim fistulam plus fluit aëris, per angu.

( $\mu$ ) Icon Anim, cap. 1. p. m. 7. stam

quum illud: Gāsār mātte īče lōpa med

### THES. V.

CUM puerilis hæc ætas nondum didicit  
voces formare articulatas, dicitur bal-  
butire, antequam v. erectus incedit, repere  
quadrupes humili solet. Undè egregium Poë-  
tarū commentum ( $v$ ) de Sphinge monstro  
Thebas veniente, ænigmaque, quod præ-  
ter Oedipum nemo solvere potuit, pro-  
ponente hujusmodi: Quodnam id esset  
animal quod mane quadrupes, meridie  
bipes, vesperi tripes esset? cæteris obmu-  
tescentibus, Oedipus hominem esse alle-  
rit, quod is initio ætatis seu in infantia,  
quadrupes, manibus videlicet duabus pedi-  
bus adjunctis, procederet: in media ætate  
bipes, id est, pedibus tantum innixus iret;  
tandem vero ætate serà, scipione assump-  
to, tripes videbatur,

--- & infirmos baculo quoque sustinet  
ætus ( $\zeta$ )

( $v$ ) Job. Minell. in suis not. ad Tripl. Ovid.  
lib. IV. El. 7. ( $\zeta$ ) Ovid. Met. I. VI. fab. 1. v. 27.

Addiscunt autem infantum quidam potissat pariter Phædrus (e) quod<sup>1</sup>, in turannum, quidam post biennium incederet puerorum, nucibus luserit. Item prima quidem serperastris innixi, deiplinius (σ) de Spurina refert, quod mox libero pede, nec non loqui & voces forseretur pīlā vehementer & diu. Licet alimare, idque pro ratione temperamentib<sup>i</sup> (τ) nolit ex ingenio approbare. Tum vero, imitationis poēticæ sunt obsecut & Cicero (v) Bene etiam, inquit, jecta non importuna: tum maximè sunbæc (scilicet spectacula & ludos) pueris festivi & ambiles, sed & inconstantes: Vt̄ mulieribus, & servis, & servorum simili- neris stimulos non sentiunt, at alias volūsimis, grata: gravi vero homini, & ea p̄tates presso pede seqvuntur, congressuque sunt iudicio ponderanti, probari & qualium amant, ludos, quos ingeniorū nullo modo posse. Lege etiam si lubet, ejusq; eorum excitatore potest, exercent; ludūdem Epist. I. lib. VII. Sed pro cūsque- cris & detectabilibus rebus, non seriis, ingenio & temperamento hæc ita varia gaudent, quæ, si denegentur, mox in laetant, qua accuratus Poëta attendere haud crymas & gemitus prorumpunt. Non negligit.

## THES. VI.

quasi sola ludis delectetur, quod in an-

**I**NCONSTANTIAM puerorum etiam confit̄  
recessum dicimus, verum etiam, viros mat id, quod dicit:  
gravissimos, post seria negotia iisdem, *Colligit ac ponit iram temere & mutatus*  
non tamen lascivis, animum laxasse, *in horas.*  
auctor est Alexand. ab Alex. (o) quem Alludere videtur ad illud Parmenonis  
vide. Nec talia exercitia, ab imitatione Terentiani, (φ)  
abhorrent Poëtica; quis enim nescit, quos *Pueri inter se quam pro levibus noxis iras*  
*instiuerit ludos, in honorem patris de-* gerunt,  
*fundi Anchisæ Heros ille incomparabilis Quapropter? quia enim qui eos gubernat*  
*Eneas apud Virgilium?* (π) De Ælopo, *animus, infirmum gerunt*

(o) Lib. 3. Genial. dier. cap. 22.  
nat<sup>a</sup>

(π) Eneid. Lib. V.

Alia

(φ) Lib. 3.c. 15. (σ) l.3. Epist. (τ) l.9 Ep. 6.

(v) 2. offic. (φ) Hecyr. A. 3.Sc. 1.v. 30. & 31.

Alias certè sunt faciles, humiles, casti & rum sit, quam si teneris statim ab annis reconciliabiles; non enim iras gerunt magnum aliquod ingenii lumen: in iis longas, sed statim se placari patienter eluceat: quin imò, mature nimis atque quam illorum facilem naturam videatur ante annos, quod dici solet, incipere ratiocinare salvator in Evang. (x) ubi ratiocinari ac sapere, indicium quandoque mnes odia & rixas meditantes ad illo est magna soliditatis, grandiorum aliablegat, inquiens: nisi conversi fueritis quando etatem occupatur. Ita pessime efficiamini sicut infantes, non ingredi quandoque incipiunt, qui optimè finiunt; emini in regnum cœlorum &c. unde in finiunt pessime, qui cœperunt optimè. [ω] Psalmis canimus: Gack till Waggan se oth latt etc.

Fieri tamen potest, ut in imitationibus absque peccato in artem, tribuere possimus junioribus, sermonem satis prudentem ac maturum (qualem & aucto Supplém. in Q. Curtii Hist. I. I. Alexandri annos nato XII attribuit) quandoquidem videmus singulari ingenio præditos, qui ante annos incipient esse prudentiores, & quasi futuri vigoris manifesta proferant indicia; et si ratus tales reperiuntur, ne ejusmodi præcocem prudentiam probeat Huartus, nam, certa, inquit (ψ) quedam tarditas atque hebetudo puerorum, interdum plus arguit acuminis, quod etate demum succidente maturiore sese exseruerunt.

(x) Matth. c. 18. v. 3. q. [ψ] Aeschac. Maj. Serue. ingen. p. 72.

17  
longas, sed statim se placari patienter eluceat: quin imò, mature nimis atque quam illorum facilem naturam videatur ante annos, quod dici solet, incipere ratiocinare salvator in Evang. (x) ubi ratiocinari ac sapere, indicium quandoque mnes odia & rixas meditantes ad illo est magna soliditatis, grandiorum aliablegat, inquiens: nisi conversi fueritis quando etatem occupatur. Ita pessime efficiamini sicut infantes, non ingredi quandoque incipiunt, qui optimè finiunt; emini in regnum cœlorum &c. unde in finiunt pessime, qui cœperunt optimè. [ω] Psalmis canimus: Gack till Waggan se oth latt etc.

Quod ibidem demonstrat Huartus exemplo Tyronis Tullii, Demosthenis, Cleantis atque Xenocratis. Licet & hic non tardò locum habeat illud vulgare;

Urit mature, qui vult urtica manere. Sapientiores etiam isti pueri observantur non semper ad etatem pervenire provocatam, quia mens eorum (ut loquitur non nemo) non tam firmiter alligata esse corpori putatur.

## THES. VII.

QUESTIONUM autem subsequentium responsiones, eur infantes sine pilis nascantur & bis dentiant? cur meticulosi sint & multum dormiant? cur item casei, butyri, vini, rosarum, felis &c. in quibusdam hominibus jam ab infantia

C

[ω] Fr: Hildebrand. in suis notis ad Cim. Corn. Nep.

sit aversio? ( quemadmodum ipse ego  
iac humanum, communem & primam  
mortaliū escam in vita non gustavi  
quarundam etiam rerum, congenitus a <sup>τύποις</sup> notem, ) est judicij, citra rationis  
mor & desiderium? & tales, e Physici examen, præcipitantia; præcipue de ob-  
peti possunt, quorum est, naturales re jectis sensibilibus. Judicia autem ejus-  
rum indagare causas, imitatoribus sūf. modi seu potius præjudicia, occasione  
ficit novissime quando & ubi similia sunt motuum organi corporei, de rebus for-  
imitatione exprimenda. Extraordinaria mare loget, easque partim ex necessitate,  
tamen exempla, qualia cernere licet in partim usu & commodo, partim etiam  
Eslau, qui rufus ex utero materno pro. voluptate æstimans, format sibi conclu-  
diit, in J. Cæsare, qui cum cæsarie, in siones, quæ vult, non quas formare de-  
Curio Dentato Romano, qui cum den. buit: unde, nec solem majorem esse or-  
tibus, nati perhibentur; nec non in hiculo, sibi imaginatur, Stellas ut exi-  
Christ; II. Daniæ Røge, cuius recens quæ candelas in æthere discurrere pu-  
nati, vola manus sanguine turgebat, in tat. Terram ipsam planam, nec ultra  
utero quoque ejulabat, ut scribit in ejus horizontem suum se extendere, dicitur,  
historia Arnild Hwifelde; in Hercule,  
qui in cunis angues interfecit, & non  
pauca alia; ea, inquam, cum in omen  
de sequente ætate, divinâ quadam sorte  
immissa videantur, à Poëtis non modo  
non prætereuntur, verum etiam suavissi-  
mis interdum meditationibus ac inventi-  
onibus pulcherrimis, aperiunt januam.  
Exemplis Tragœdiae & Epopææ plenæ  
sunt.

## THES. VIII.

PRÆCIPILLIS character hujus ætatis  
mortalium escam in vita non gustavi ( ut id quoque obiter & tanquam  
quarundam etiam rerum, congenitus a <sup>τύποις</sup> notem, ) est judicij, citra rationis  
mor & desiderium? & tales, e Physici examen, præcipitantia; præcipue de ob-  
peti possunt, quorum est, naturales re jectis sensibilibus. Judicia autem ejus-  
rum indagare causas, imitatoribus sūf. modi seu potius præjudicia, occasione  
ficit novissime quando & ubi similia sunt motuum organi corporei, de rebus for-  
imitatione exprimenda. Extraordinaria mare loget, easque partim ex necessitate,  
tamen exempla, qualia cernere licet in partim usu & commodo, partim etiam  
Eslau, qui rufus ex utero materno pro. voluptate æstimans, format sibi conclu-  
diit, in J. Cæsare, qui cum cæsarie, in siones, quæ vult, non quas formare de-  
Curio Dentato Romano, qui cum den. buit: unde, nec solem majorem esse or-  
tibus, nati perhibentur; nec non in hiculo, sibi imaginatur, Stellas ut exi-  
Christ; II. Daniæ Røge, cuius recens quæ candelas in æthere discurrere pu-  
nati, vola manus sanguine turgebat, in tat. Terram ipsam planam, nec ultra  
utero quoque ejulabat, ut scribit in ejus horizontem suum se extendere, dicitur,  
historia Arnild Hwifelde; in Hercule,  
qui in cunis angues interfecit, & non  
pauca alia; ea, inquam, cum in omen  
de sequente ætate, divinâ quadam sorte  
immissa videantur, à Poëtis non modo  
non prætereuntur, verum etiam suavissi-  
mis interdum meditationibus ac inventi-  
onibus pulcherrimis, aperiunt januam.  
Mens hebet. G.  
Eidemque, nec non cuti curandæ, potissimum  
Thes. B 2

[ a ] Consol. Philos. lib. 1. metr. 2.

simum sit intenta, ad sublimiores cogit ferè sit vaea adventitiis notitiis & i-  
terationes, minus esse potest idonea; amaginationibus: omnia itaque, quæcun-  
quid non parum facit defectus experienque contemplatur aut sentit, ut nova &  
tix, quæ alias multum adjumenti præsolita admiratur, non secus ac filii ru-  
stat ad veritatem inquirendam. Ex histici, qui dum in oppidum, quod ante  
tamen non inferendum, Mensem, cummon viderunt, adveniunt, omnia, licet  
corpoce incrementa & decrementa suaparum momentosa, hianti ore intuentur  
capere, vel cum ætate adolescere & de- & cum nullius propè nisi ignorantis, sic  
bilitari, multò minus putandum, illam, admirari, admiratio autem salutetur pri-  
organis corporeis ita esse affixam, virius gradus, qui ducat juxta Platonem,  
absque iis existere non possit; sed uti eo, ad sapientiam: ideo omnia mala bonis,  
quandiu ei adjuncta est, tanquam in-falsa veris immista, in istam domum,  
strumento, ad eas operationes, quibus ut quam quidem Aristot: (d) tabulæ rasæ  
plurimum occupatur. Nec enim in ar-assimilat sine discrimine ingerit; & quic-  
tifice inde arguenda imperitia, si malo quid ope sensuum extrinsecus accipit,  
utitur instrumento, opusque non tam memorie custodienda demandat: quæ  
polium, ut decet, reddit; sed potius, tanto promptius fideliusque advenas excipit,  
quicquid irregularitatis cerneret ibi esse, curat & favet, quantò antea minus, ab  
torum malo imputares ejus instrumento. Simile videmus in mero calentibus men-  
tisque impotentibus.

### THES. IX.

ISTI vero morbo, medetur illa testibus  
Aristorele (β) & Tullio (γ) insita  
cunctis & pueris præcipue cupidites di-  
scendi. Sic enim disposita est domus  
mentis puerilis, ( ita jam loqui placet )

ut

(β) Metaph. 1. c. 1. (γ) lib. 4. de Fin.

Testa dñi. - - - - - Puer  
(δ) cit. Le Grand. Instit. Phil. part.  
IX. c. 4. (ι) lib. 1. Ep. 2. v. 89.

Puer ergo cum in posterum, ab hospitibus  
istis deceptum se videt, cautius omnino  
postea agendum censet, nec tutò cuique  
credere, unde præjudicia cessare incipiunt;  
cui quoq; morbo, ne radices agat, hisce  
verbis dudum ivit obyiam Boëthius (2)  
*Qui serere ingenuum volet agrum.*  
Libere arva prius fruticibus,  
Falte rubos, sib' cemque rejecet,  
Ut nova fruge gravis Ceres eat.

Addit mox:

*Tu quoque falsa tuens bona prius  
Irope colla jugo retrahere,  
Vera debinc animum subierint.*

Proni autem sunt pueri ad credendum,  
utpote nondum experti, quæ sit differen-  
tia, quamque immanc chasma inter cre-  
dere & non credere, quid discriben veri  
& falsi; seu ut cum scriptura (7) loqua-  
mur, dextræ & sinistræ, cæterasque res,  
extra se positas, dijudicat ex suo inge-  
nio & simplicitate, quæ nondum didi-  
cit assuevitè fallere, versutiasque & stro-  
phas effingere.

### THES. X.

Cumque hæc ætatū hominis sit prima &  
radix cæterarum, quæ si, prout in sur-

(2) Consol. phil. I. 3. (7) Jon. 4. 11. Deut. I. v. 39;

culis arborum fieri videmus, rectè ful-  
latur cureturque, spes est ab ejusmodi  
planta, olim deceptum iri fructus. Id  
autem optimâ ratione sit, per educatio-  
nem rectam, si fidem habere velimus Pla-  
toni, qui lib. 7. de legib. puerum omni  
bestiâ intractabiliorem esse asseverat: ma-  
turiè ergò prospiciendum ejus saluti, i-  
staque ferocia perdomanda; & boni pa-  
rentes, post informationem domesticam,  
educandos liberos tradant Magistris fi-  
delibus, quique optimè sciunt se accom-  
modare, & ætati, & instructioni eorum,  
abesse procul jussâ rigiditate illâ Spars-  
tanâ. de qua Xenoph. de Lac. Rep. (3)  
perpendendum salvare illud Salomonis  
(4) Instrue puerum, pro ratione vite i-  
psius, etiam cum senuerit, non receder ab  
ea. Quod & prolixè laudabiliterque do-  
cat Plutarchus libr. de instit. Pueror.  
Vult autem Horatius, in omnibus esse  
attendendum ad cujusque propensionem  
& facilitatem naturalem, secundum illud  
quod alibi dicit: (x)

*Tu nihil invitat dices faciesvè Minervâ.*

Alias

(3) cit. Hildeb. in not. ad Corn. Nep. Tbem.

(4) Prov. 22, 16. (x) de arte P. v. 385.

Alias enim, gigantum more cœlum oppugnabis, Æthiopemque lavabis, naturam enim licet expellas furca, tamen usque recurret. Atque hæc sunt, quæ commentatii loco pro modulo ingenii mei adduxisse volui, super trinos hosce Horatii versus: quibus puerorum depingitur indeoles

*Reddere qui voces, jam scit puer & per  
de certo.*

*Signat humum, gestit paribus colludere  
& iram*

*Colligit ac ponit temerè & mutatur in  
horas.*

Quæ pictura est drammati non minus quam Epopæa accommoda, quamvis, ut monuimus superius, non æquè frequenter in scenam loquentes pueri producantur, quod itidem fuisse in causa suspicor, cur Aristoteles in sua Rhetorica, cum juvenilis, virilis senilisque æratum fecerit mentionem, de puerili fileat,

## CAP.

# CAPUT II.

THES. I.

**E**XIGIT methodus Horatiana, ut etiam alteram inspiciamus ætatem, quæ adolescentia seu juventus audit, illa ab adolescentio, hæc à juvanda rep. sic dicta. (α) Indigitatum erat prius, eas ætaes à quibusdam separatim tractari, quibus non obstatuimus; nobis tamen nunc placet, has duas ut unam, auctoritatibus aliorum salvis, considerare; comprehendentibus, antiquam etiam Latinorum nationem, non adeò strictè de distinctionibus earum sollicitam fuisse. Adolescentulum enim dicit Sallustius (β) Cæsarem jam 36. ætatis annos numerantem. Cicero in alia Epist. (γ) Curionem adolescentem: in aliâ (δ) eundem juvenem nominat, in illa quidem 30. annos, in hac, 24. natum. Hujus ætatis characterem quin hoc carmine describit Horatius:

*Imberbis juvenis tandem custode remoto,*

D

Gau-

(α) Aus. Popm. de diff. verb.

(β) Bel. Cat. c. 49. (γ) lib. II. fam. Ep. 1. (δ) Ep. 5, lib. 12, ad Attic.

Gaudet equis canibusque & aprici grā-  
mine campi:

Cereus in vitiū fleti, monitoribus affer-

Utilium tardus provisor, prodigus aris:

Sublimis, cupidusque Gamata relinqueret  
pernix.

Dicit Horatius in hisce diversum nihil ab  
iis, quæ secundo Rheticor. libro rela-  
quit Aristoteles de ejusdem ætatis indo-  
le, brevior licet fuerit noster; in cuius  
sententia enodanda nos nunc occupari  
instituti ratio suaderet.

### THES: II.

**T**EMPERAMENTUM juventuti ea-  
lore ac siccitate mistum, Philosophi  
tribuunt, quorum etiam non pauci, pu-  
tant essentiam caloris consistere in va-  
rio particularum minimatum motu &  
agitatione summâ: quale quidpiam crea-  
dere licet de juvenibus; horum etgō  
sanguis & spiritus, cum ita sint constituti,  
non possunt non secundum suam natu-  
ram. postquam Ephebi sunt facti, nu-  
cesque & duces deseruerunt, libertati seu  
licentia, & proprio arbitrio relieti, sequi  
rationem temperamenti sui, quod eos,  
nunc huc illuc impellit. Hinc  
ste-

frequentissimè rebus sunt intenti lati,  
lascivis & ejusmodi motionibus quæ  
cum oblectatione sunt conjunctæ; res le-  
rias non tractant, & si tractent, sic id  
vix sine rædio & molestia, ludos lubens-  
tius frequentant, saltationesque ac venas-  
tiones, in quibus non tam utilitatem,  
quam jucunditatem spectant. Et sicut  
est hæc ætas sibi constans parum, sic  
etiam difficultas est haud parva, eandem  
ad normam & dictamen rationis regere,  
nec multa sunt vitia, ad quæ non im-  
pellitur levi sèpè momento, ac flebitur  
instar cera, unde & Poëta cereus au-  
dit: quo aliqui trahunt dictum Davidis  
(ε) Domine, ne me aufferas in medio  
dierum meorum; & interpretantur, do-  
nec redeam ad mentem meliorem, quæ  
possim delicia hujusmodi agnoscere, vi-  
tare & pœnitentiam agere. Inconstan-  
tia juvenili haud incongruè applica-  
ri meretur illud Ovidii, dum canit (ζ)  
Utque novis facilis signatur cera fi-  
guris,

Nec manet ut fuerat nec formas servat  
easdem.

Sic enim comparatum est cum hac pars  
ætatis, quod ex uno in aliud vitium  
prona sit & præceps, si ad suum ipsi per-  
mittatur palacum vivere, *impunè enim  
qualibet facere, id esse regem dicit.* (η)

### THES. III.

**I**NTER reliquias passiones quibus obnor-  
ixia est juventus, non minima est cupi-  
ditas Venerea, cuius fervor ex sanguine  
& calore quo abundant suscitatur, alitur  
vero foyeturque si genio indulseris, Cere-  
risque ac Bacchi familiaritatem feceris  
magni; quibus plus justo operans, an-  
nos ætatis alioquin longius fortè dura-  
curos, sibi præscindit & adimit, quod in-  
nuens Seneca (θ) dixit: *Nor accepimus  
brevem vitam sed fecimus, nec inopes ejus,  
sed prodigi sumus: sicut ample lopes ubi  
ad malum dominum veniunt, momento  
dissipantur; at vero, licet modicæ, si bo-  
no custodi traditæ sunt, crescunt.* Ve-  
rumque est illud: *intemperans & lasciva  
juventus effatum tradit corpus senectuti,*  
(ι) *si illam contigerit, adeoque hic valet,  
id Corn; Nep. (κ) suos cuique mores ple-  
rum-*

(η) Sallust. Bel. jug. c. 31. (θ) ap. Rad. Orat. Ext. p. m. 57. (ι) Cic. Cat. Maj (κ) Att: c. 19.

yumque conciliare fortunam; & Terent.  
(λ) ut quisque suum vult esse, ita est.  
Idcirco, non male monet Attist: (μ) ut  
voluptates contemplerur, non venientes,  
sed abeentes; venientes enim, fucata spe-  
cie blandiuntur; abeuntes dolorem ac  
pænitentiam relinquent. Sedex quidam  
interrogatus (ν)

*Cur tibi tam facilis, cur tam jucunda*  
Respondit: (senectus)

*Libera quod vitiis tota juventa fuit.*

Ut endemico huic malo ponant obicem  
Poëta, in oppositæ virtutis ( continen-  
tiam dico) encomiis & laudibus, valde  
sunt frequentes, & in exemplis exquisi-  
tissimis candem commendant, quale est  
illud Hippoliti à Phædræ noveræ suæ  
effreni libidine, impetiti, cuius constan-  
tiæ & victoriæ ex Tragædia cognos-  
mine, apud Senecam videlicis. Ut sacra  
nunc omittamus exempla, cuiusmodi  
sunt castissimus ille Joseph, & temperantia  
speculum Daniel. Egregiè, de hac ma-  
teria, disserit alibi noster Horat. (Ξ)  
quo hujus curiosum delegamus. In-  
euntis vero ætatis vicia, quandoque

ma-

(λ) Adelph. 4. 3. se 4. (μ) Henning, in  
Chriol. (ν) id ibid. (Ξ) Epist. I, lib. 1.

magnis emendantur virtutibus, ut dicit  
Corn. Nep. de Themist. (o) Iera enim  
nunquam est ad bonos mores via: Pole-  
mon juvenis luxuriaz summe deditus, cum  
Iudum Xenocratis, de continentia dis-  
serentis, esset ingressus, ita mutatus est, ut  
mox fieret auditor, hinc Philosophus, tan-  
dem magistri sui in Schola successor. (π)  
Ideo Terent: (ρ) nulla est tam facilis  
res quin difficilis sit, quam invitus fa-  
cies. Et contra. (σ) Nil tam est difficile,  
quin querendo investigari possit. hæc e-  
nim, dum incipias, gravia sunt, dum-  
que ignores, ubi cognoriss, facilita (τ)  
Quicquid autem sit, veritate suâ non ca-  
ret illud Virg. (υ)

Facilius descensus averni  
(i. e. ad vitia)  
Sed revocare gradum, superasque evadere  
Hoc opus hic labor est. (ad auras,

#### THESES: IV.

**V**ITIIS juvenum, non leve addit pon-  
dus, quod ægrè velint eadem agno-  
scere, nec de iis se admoneri patientur;

tumi

(o) Them. c. 1. (π) Hild. in not. ad Corn.

N. (ρ) Heaut. 4. 4. sc. 5. (σ) ib. 4. 4. sc. 1.

(τ) Heaut. Catastroph. (υ) En. 6. 9.

¶ 26. & ibi Minet.

31

tumidi enim cum sint recteque se omnia  
facere opinentur, non potest non correctio  
illis esse gravis, utpote quæ subjectionem  
aliquam involvit, à qua abhorrent ju-  
venes elati, & sunt ut loquitur Poëta  
*monitoribus asperi*; errant autem in eo  
nimium, cum vitiorum agnitus plé-  
rumque ducat ad virtutem, & filius qui  
sapit, ait scriptura, libenter se emendari  
patiatur, stultus autem fugiat instructio-  
nem: hinc etiam videamus eos, qui non  
pro pudore hoc reputant si corrigan-  
tur, ad eximiam frugem & sapientiam  
venisse: cæteros autem recordes in sua peccata  
mansisse insaniam, stultaque prudentiam &  
levitatem; hinc non abludit illud vulgare:  
*Non pudor est nescire, sed pudor est disce-  
re nolle.* Multos invenias qui correcti,  
id occinant Plutarchi [Φ] εἴς ἀργιον τὰς  
επεδωτὰς in crastinum feria: nec veren-  
tur quidam, contra jus & fas, venerandæ  
canitiei eorum misericordiæ motæ mo-  
nentiq; hoc Arachnes scomma objiceret;  
ceu est apud Nalonem (χ)

*Mentis inops longâ venis confesse senectas  
Et nimium vixisse diu nocet* --- ---

Concl

(Φ) cit. Erasm. in Adag. p.m. 254.

(χ) Met. 6. fab. 1. v. 37. seqq;

*Confilii satis est in me mibi: neve monendo  
Profecisse putas, eadem est sententia nobis,  
quod tamen illi Phaëtoni ( $\chi$ ) ac Icaro ( $\psi$ )  
Patrum montia temnentibus, male successisse,  
exitus probat.*

THES. V.

**F**UTURA juvenes negligunt, nec solli-  
citi sunt, quid in crastinum sit: hoc  
inde est, quod experientia, quæ prudentiae  
mater est, careant; prudentia enim, sicuti  
vix vocis providentia est, non potest cum  
corum quadrare ingenio, utpote, quod ex  
calore festinum & ardens, nequam didicit  
admittere sedem meditationibus longis,  
quæ potius frigidum temperamentum,  
quale est senibus, & quod in quiete agat,  
requirunt. Hoc enim ipsi experimur, cum  
non in turba & frequentia multorum, sed po-  
tius in tranquillo & solitario silentio, aliquid  
quod meditandum nobis est, peragere cum  
successu felici possumus, juxta illud Poëtae:

... ... Amant sereta camenæ,

*Sylva placet Musis, urbs est inimica Poëtis.  
Cui & assentitur Plinius. ( $\omega$ ) Quin autem  
retardet juvenilem prudentiam defectus  
experiencie, dubium est nullum: nondum  
enim tot, ac senes, mala pestulerunt; ideoq;  
( $\chi$ ) Met. f. 1. lib. 2.*

nes  
( $\psi$ ) ibid. l. 8. Fab. 3. ( $\omega$ ) lib. I. Ep. 6.

33

*Nec tam anxii sunt de futuris: Idcirco de-  
pingi solet ipsa Prudentia sub forma Jani  
bifrontis, quæ ante & post sele eventura vi-  
deat adspiciatque, h: e. recordetur præte-  
riorum, cautè autem prævideat tempora  
futura, eorumque eventus meditetur: Ju-  
venes autem cum non sic dispositi sint, ac-  
cedit, ut ex eo potius impetu, quam consi-  
lio ferantur, & idè ad vitia tanquam bo-  
ves ad mastationem, ut dicit Salomon ( $\alpha$ )  
ducantur: melius, pejus, profit, obſit, ni-  
bil videntiſſi quod lubeat. ( $\beta$ ) Hinc ap-  
positè quidam interroganti; cedo, qui  
vestram Remp. tantam, tam amisistiſſis ci-  
tò? respondit, proveniebant oratores novi,  
ſtulti adolescentulæ. ( $\gamma$ ) Ex quo virtus  
iterum aliud tanquam ex capite hydræ e-  
nascitur, videlicet, infamis illa prodigalitas,  
prodigi quippe sunt eris, cui loquitur  
Poëta, & possessionum suarum; patrimo-  
nium & quicquid possident, male ſanè di-  
lapidant, proprium damnum non cer-  
nentes: liberales etiam dum esse cu-  
piunt, in excessu peccant, que rāmen ita  
temperanda effet ne nimia profusione ina-  
resceret. ( $\delta$ ) Nimium enim omnia, teste*

E Aristo

( $\alpha$ ) Prov. 7.22. ( $\beta$ ) Ter. Heaut. a. 4. sc. I. v. 305

( $\gamma$ ) Cic. cat. maj. p. m. 419. ( $\delta$ ) Plin. l. 2 Eg. 48

Arist. citante Clarem: agunt; nimium a  
mant, nimium oderunt; sed illud nimium,  
non diu obseruant. indigentiam non  
dum experti, profundunt citra mensu  
ram, quæ habent: unde Sallust: (ε)  
*Homines adolescentuli, sua atque aliena  
consumere, nihil libidini atque aliis ro  
gantibus denegare, pulcherrimum putant;*  
eam virtutem & magnitudinem animi,  
pudorem atque modestiam pro societate  
estimant. Cujus vitii sui tandem, sed  
sero, cum poenas iuunt, eos pœnitet, &  
sero sapere incipiunt Phryges: pessima ve  
ro est pernicies si illorum profusioni,  
non superant facultates; ad quæ enim  
illos non ducit famæ & egestas? prodi  
galitatis pessimæ pedissequæ, ut Horat.  
(ζ) canit

*Magnum pauperies opprobrium, jube*

N<sup>o</sup> *Quidvis & facere & pati*  
*Virtutisque viam deserit ardua.*

Vitii hujus inter alia exemplum cernitur in  
filio prodigo apud Evangelistam. (η)  
Habent & hic imitatores, quod observent.  
Unde apud Comicos tot patrum quere  
las, de luxuria filiorum deprehendere est.

TH. VI.

(ε) *Orat. 1. ad Cef. de Rep. ord. p. m. 508.*

(ζ) *lib. 3. Carm. ad 24. (η) Luc. 6. 19.*

## THES. VI;

FAMILIARIS juvenibus est φιλαυγία,  
scu amor nimius sui, unde rursus quasi  
ex stirpe propullulat φιλοδέξια, glorio  
la cupido. Alios enim non æquo fe  
runt animo sibi præponi; efferti supra  
alios ipsi non erubescunt gloriamque  
venantur, que, ut in ista etate (verba  
sunt Ludov. Vivis (θ) maximos subdit  
stimulos ad honestas actiones, ita mul  
torum est deinceps malorū causa & origo.  
Hanc solam, gloriam intellige, affectavit  
juvenis Rex Alexander, cupiditate auri  
posthabita: in ætate enim juvenili in A  
siâ bella gessit, victorque tandem Babylô  
nem, ubi fata eum expectarunt, rediit:  
pecuniam & prædam, quam ex hostibus  
devictis accepit, inter milites suos partitus  
est, solâ ipsem gloriâ contentus, quam  
superbè adeò ambiit, ut non veritus fue  
rit, tandem, pro Iovis filio salutari, sed &  
divinis honoribus coli: quemadmodum  
passim inculcat Curtius. Sic Themisto  
clem gloria Miltiadis movit, ut aureæ  
armillæ, cadaveribus adhærentes, movere  
illum non potuerint; iis enim vifis, equo  
non descendit, amico a. comiti dixit; Tolle

E 2

(θ) *de vit. & mor. erud.*

ea

ea tibi, neque enim tu es Themistocles (1) Hodienum tamen quosdam audiás, summi boni ignaros, sēpissimè discipulis suis inculcantes, gloriam unicè esse seclandam, gloriam quærendam, eamque rudi etati, quasi studiorum finem proponentes: quasi jam aliud reperiri non possit medium, ad honestas actiones incitatíum. Ubi enim tunc gloria DEI? cui tantum detrahere reverà cupis, quantum tibi attribuis: ubi charitas? ubi JESUS CHRISTUS? Sed illud ex occasione:

### THES. VII.

SUNT porro Juvenes & adolescentes valde cupidi, ita ut quicquid impetus eis dictiter, absque dilatione & longâ deliberatione, in id ruant. Præprimis vero, objecta ista erunt jucunda, quæ genio eorum ut plurimum arrident: non tamen tam ex metu amittendi rem, quam expectunt; iste enim potius seni competit, sed ex concitatissimo motu, qui calorem in sanguine accendit, in objecta cupita tam fervide feruntur: sic videmus animalia tempore brumali, concitatori gradu se promovere, libera intelligo, ob copiam calor-

(1) Fr. Hildeb: in not. ad Them. Corn. N.

caloris, quem intensiorem hyeme quām æstate habent. Cupidos autem diximus in Thes. superiori, non æris, ut senes, sed potius honorum, victoriae, vindictæ, & quicquid speciosum in naturâ videatur, quæque excellentiæ cujusdam sunt species, cujus certè amore non parum punguntur. Passio hujusmodi vulgo, hodiè curiositas quædam vocatur & novitatis studium, quod si intra justos limites & terminos coarctetur non modo respuendum non esset, verum etiamnum haberemus, aut certè haberent seri nostri posteri, si qui sint futuri, multum in scientiis & artibus progressum & augmentum exspectare, ut præclare differit Verulamius Anglus (n) & doctus ille Hispanus Ludovicus Vives, [λ] multa enim nos serus docet vesper, quæ prima aurora ignoravit, & plura posteritatis adhuc investigationi ac solertia relata puremus. (μ) Nec sane dici satis potest, quam de tota posteritate merentur malè, si qui artes & inventa nova surgentia præcipue necessaria & bono pu-

bli-

[n] lib. 1, N. Org. aph: 77. (λ) de Caus. Cor. art. lib. 1. p. 14. [μ] Iter: Philom. lib. 3. c. 9. §. 1.

þlico inferventia vel respuunt, vel aliis  
descendi viam præcludunt. Sicut vero vetu-  
stas suos habet religiosos cultores assidue,  
*nil nunc posse dici quod non dictum sit*  
*prius.* (γ) clamantes, ita & dantur  
quidam, quibus antiqua fordan, recen-  
tia sola placent; adeò ut Veterum doctri-  
nam naso sublancent adunco, in recen-  
tiorum verba omnino jurantes, quæ con-  
tagio maxime infestare solet ingenia ju-  
niora. Tales sunt, qui contra monitum  
Plinii [ξ] multæ, non multum legisse  
gaudent, sibi ipsi blandientes, quod vi-  
deantur supra vulgus sapere, existiment  
que jam dudum se vastum eruditioñis  
Oceanum trasfretasse, nihilque præter  
aplausum populi nunc desiderari. Unde  
eleganter quidam, horum ingenium,  
Plautus ni valde fallor, depingens, ait  
hic fere sententiâ: Quid Rex matronæ  
susurret in aurem, hoc sciunt, quomodo  
jupiter duxerit junonem, hoc quoque  
sciunt. Quam autem in amoribus suis  
potiundis sint impetuosi, atque omnis  
moræ impatientes juvenes, elegantissima  
imitatione expressit Terent. in Ephebo

Phæ-

(γ) Ter: prol. Eun. (ξ) lib. Ep. 9.

Phædri fratre Cherea. (ο) Huc ergo  
applicari meretur commentum poëticum  
de Cupidine, qui juvenibus imperare præ-  
sertim singitur.

## THES. VIII.

SUNT denique inconstans & rerum  
concupitatum osores, non secundum  
genus quidem, ut ait Clarem. (π) et  
enim subinde feruntur in venerem; at  
in particulari; & præsertim corpora;  
quibus semel potiti sunt fastidiunt, &  
quantumvis valde quidem concupiverint,  
protinus tamen conquiescunt, concupita-  
re obtentâ, ratio est, quia acutas habent  
voluntates & non magnas, quales sunt  
agrotantium sitis & fames, quæ acutæ &  
acres pungunt vehementer; at parvæ,  
quia exigo cibo & potu satiantur.

Hic est juxta Horatium character Juve-  
num, sed durius ille omnia; quippe qui vi-  
tia enumerat tantum, virtutibus post-  
habitatis. Non tamen credendum est, e-  
xistimasse sapientissimum Poëtam, nul-  
lam in juvenibus virtutem inveniri, cum  
enim hic, veluti Magister fabricandæ sce-  
næ instruat, quid potissimum tyroni ob-  
servandum sit

(ο) Eun. a. 2. sc. 3. (π) lib. 2. c. 10.

40 ne forte seniles  
*Mandentur juveni partes pueraque viriles.*  
 Utque semper in saptis adjunctis sit mo-  
 randum, quandoquidem canente eodem  
 nostro:

*Multa ferant anni venientes commoda fe-  
 cum,*

*Multa recedentes adimant &c.*

Itaque perfunctorie tantum tangit eas,  
 quæ ut plurimum junioribus adhærent,  
 ut sit illud, quod versu 153. & seq., in  
 arte inculcat.

*Tu, quid ego & populus tecum desideret,  
 audi,*

*Si plausoris eges aulaa manentis, & usq;  
 Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:  
 Atatis eujusque notandi sunt tibi mores  
 Mobilibusque decor naturis dandus &  
 annis.*

Quemadmodum quoque superius eodem  
 hoc libro, (g) Achillem jubet introdu-  
 cendum in theatrum iracundum, inexo-  
 rabilem & talem qui omnia jura re-  
 spuerat &c. cum tamen is, utp. Heros,  
 multis virtutibus debuerit esse insignis.  
 Quod & ex Comicis appetet, qui dum  
 representat adolescentes liberos et inge-

nuos,

nuos, in ipso theatro, eis quoque relin-  
 quunt quandam honestatis & decoris  
 scintillam. Sunt autem virtutes juve-  
 num, potissimum, ut tradit Huartus (σ)  
 quod videlicet sint animosi, liberales,  
 minus suspirantes, benè sperantes, suppu-  
 dibundi ac ad credendum proclives, &  
 quidem vitiis senum opposita, quæ quia  
 intra enumerabimus, etiam has ex iisdem  
 clucere posse confidimus.

## CAPUT III.

THES. I:

**C**ONVERSIS studiis etas animus-  
 que virilis  
*Quarit opes & amicitias, inservit honori,  
 Commississe cavit quod mox mutare laboret.*  
 Ut virilis ætatis character justè sistatur,  
 oportet observare medium inter juvenum  
 mores ac senum, præscindendo excessus in  
 quos utrique labi plerumque solent; post-  
 quam enim deseruit adolescentia, excia-  
 pit hanc etas virilis seu consistentia,  
 media inter juventutem & ætatem seni-  
 lem, quarum naturæ utrinque suo mo-  
 do particeps est. Remisso itaque imperu-

F

illo

(σ) *Aesch. M. Scrut. ing. p. 193.*

illo juvenili, quo paulo ante agebatū, incipit jam maturior judicio & usu rationis, sibi prospicere ea, quæ ad decus famæ, & animi corporisque robur faciunt, priorem prodigalitatem & luxuriam damnare, & quasi caput scalpendo, conqueri de jactura, quam fecit necessariarum negligens rerum. Positus e. jam in novo quasi officio, ejus curam studiosior gerit: opes & divitias quærere atque colligere studet, vel, quod quietiori animo perpendit, ingrediente forsan senectute, non amplius sufficietas vites, iis quæ ad sustentationem necessaria sunt comparandis, verum, tum partis esse fruendum, senum exemplis admonitus, qui ultra ad sufferendos labores, quibus Dii omnia dicuntur vendere, non habiles sunt: vel, etiam, jam conjugali foedere sociatus, de uxore & liberis timet, quos, se forte defuncto, nollet paupertate iri oppressum.

## THES. II.

**N**EC inanimis contentus possessionis bus, amicos sibi adjungere optat, siue quibus nondum felicem suam esse vitam bene conjicit: sic etiam Plutarchus

judic-

judicat, dicens ( $\alpha$ ) ἀναγνώτερος πυρὸς γύδανς ὁ Φίλος, amicus magis necessarius, quam ignis & aqua: cui hyperbolæ suffragatur alias quisquis est, inquiens: ( $\beta$ ) si quis ipsum Cœlum ascenderet, claritatem solis & syderum rimareretur, nullum inde sentiret gaudium, nisi amicum cui id referret, haberet. Sicut autem juvenes plerumque amicitias ob jucunditatem, sic viri ob utilitatem (qualis Philippus Macedo erat) ( $\gamma$ ) pauci propter honestatem, pro diverso tamen cujusque ingenio, colunt ac prosequuntur. Hoc ipsum exemplis confirmaremus, nisi brevitas, cui litandum duximus, id prohiberet. Mirate tandem mecum Lector Davidem & Jonathan ( $\delta$ ) Nisum & Euryalum ( $\epsilon$ ) Theseum & Pirithoum ( $\zeta$ ) qui inter rarae fidei, vulgaris licet amicitij nominis, exempla numerantur æterna. Qui plura voluerit, audeat facundissimum scriptorem Lucianum cujus Toxaris est hujusmodi exemplis plenissimus.

( $\alpha$ ) Adag. Eras: p. m. 44. ( $\beta$ ) in dedic. D. H. Müll: Hist. Liebest. ( $\gamma$ ) Supl. Curt. l. 1. sub. fin. ( $\delta$ ) 2. Sam. 1. 26. ( $\epsilon$ ) Aen. 9. v. 198. ( $\zeta$ ) Trist. Ovid. passim. & Virg. Aen. 6.

## THES. III.

**S**I CUT etiam præ reliquarum statum  
shominibus, qualiumcunque officiorum,  
dignitatum & munerum<sup>1</sup>, capacissimi  
sunt viri, tum ob animi, si alia requi-  
sita adsint, summam tranquillitatem &  
vigorem, tum ob eximias vires corpo-  
ris, ita pariter, quasi familiari quodam  
concitantur genio, ad appetendos hono-  
res. Cujusmodi ambitio, licet aliquan-  
do culpari mereatur, ut supr. c. ii. §. 6.  
verbo terigimus, etiam non suo defrau-  
danda est encomio, si modo honestatis  
non transseat, limites & honores ali-  
quis, non ob proprium commodum &  
gloriam venetur, sed Reip. honorem pro-  
scopo habeat; ibi quoque memor, non  
esse facienda mala ut inde eveniant bo-  
na, monente Apostolo Rom: 3. v. 8.  
Habet quoque hic non raro locum il-  
lud nonnullius: *Honor sequeneem fugit,  
fugientem sequitur.* Ad infestandos vero  
honores, instigat homines partim despe-  
ctus, quo quis tristatur se infra alias e-  
iusdem originis & conditionis, esse col-  
locatum; adeoque est quasi stimulus, in-  
citans homines ad res magnas auden-  
das: partim etiam titillatio, aut cupido  
glo-

glorie, quæ eos qui in honore consti-  
tuti sunt condecoratos esse animadvertis.  
Audiendus est hic omnino Cicero, (n) qui,  
non nimis, inquit, concupiscendus bonus  
( h. e. gradus officii, honore dignus ) si  
tamen deferatur, minimè affermandus,  
& cogitandum, quid valeant humeri  
quidue ferre recusent; ut hic noster lo-  
gitur in arte.

## THES. IV.

**S**I QUIDEM multa, in juventute se com-  
misisse, citra decens examen & pro-  
positum, meminit, quæ, ut ferè omnia  
temerariè facta, penitentiam habuere  
comitem: idcirco, longiori deliberatio-  
ne & provido consilio, in rebus aggre-  
diundis opus esse judicans, maximam ada-  
hibet cautelam, ne in idem impingat sa-  
xum & simile quid posthac experiatur,  
omnia, ferè quæ facienda proponit, prius  
ultrò citroque ( non tamen adhuc ut se-  
nex ) examinat, providentiamque consi-  
liariam sibi adsciscit, quæ prudens quin-  
dam metus est, rerum eventus diligenter  
ponderans, agenda & omittenda  
præcipiens. Cicero, maximè curam leo-

vax

(n) lib. 15. fam. Ep. 6.

*vari afferit, si quis futura animo prospicere potest (9)*

## TH. V.

**I**N hac ætate homo constitutus, virtutis, sapientiae & virium suarum, plerumque præcipua documenta demonstrat; si enim quis literis & ingenio litavit, hic ejus summa deprehenditur eruditio: si militia se addixit, fortitudo, si alii vita generi se dedidit, hic ejus vigor luculentissime patet; quam ob causam, Latinis placuit virtutem à viro, Græcis à vīpēiāv àmō τε àvδρος Svecis à Man Manhaffiūghet derivare. Hic ipse est meridies, sicut juvenitus ortus, atq; senectus occasus; non enim studia & exercitia cujusquam in juventute ita in sua ἄκμη sunt posita, ubi ob teneritudinem nondum maturuerunt; neque in senectute, in qua jam q. exarescere incipiunt, cum corpus sit languidum & ad munia sua obeunda minus idoneum, cuius morbi etiam, in unionis statu animam inquietant.

## CAP.

(9) lib. 15. ad Fam. Ep. 14.

## CAPUT IV.

## THESES I.

**A**GMEN ætatum claudit, huicque Scenæ catastrophē limponit ipsa Senectus, quæ ultima est scalæ, quæ naturaliter descenditur ad sepultra, unde retrocedere ad pristinos annos & vigorem non conceditur, quicquid ingeminet Virgilianus ille:

*O mihi præteritos referat si Jupiter annos  
Fabulenturque Poëtæ, de restauratione  
Æsonis in juvenem, (α) & de rejuvenescencia ut sic dicam, aquilæ; (β) sed omnes mors, deinceps interminabilis manet æternitas, ubi irrevocabili pronunciata sententia, quisque, aut vivet, aut morietur. Inde Clarius Catullus: (γ)  
Soles occidere & redire possunt, nōbis  
cū semel occidit brévis lux, nox est per-  
petuo una dormienda. Temperamentum v.  
senibus est frigidum ac siccum, unde multis  
infirmitatibus laborant: nec enim ut  
antea veloces, fortes, robusti & animosi  
sunt, contra languescent morbis expo-  
siti quāpluribus & si certè non illis*

adeo

(α) Ovid. Met. 7. fab. 2. (β) Frantz. His-  
t. Anim. [γ] Cit. Radau Orat. ext. p. m. 23.

ad eō gravibus, cēu disputat Cīc (§) tamē  
men ipsa senectus, morbus ēst, ut fatetur  
Chremes Terentianus (ε) ipse senex su-  
arumque passionum conscius, nec non  
Cotta ap. Sallust. (ζ) unde dolendum  
hanc ætatem, quæ post varias jactationes  
fortunarumque, quas in superiori vita  
pertulit, procellas, in portu navigare me-  
reretur, de novo iniquioris naturæ de-  
trimenti vexari. Quæ incommoda dis-  
simulare non potuit Horatius, in charac-  
tere hujus ætatis:

*Multa senem circumveniunt incommoda,*  
vel quod

*Quærit, & inventis miser abstinet, ac tā-  
met uti:*

*Vel quod res omnes timidè gelideque  
ministrat*

*Dilator, s̄p̄ longus, iners avidusque fu-  
turi,*

*Difficilis, querulus; laudator temporis aetē  
Se puer, censor castigatorque minorum.*

## THES. II.

**QUAMVIS** autem, jam alterum pedem,  
in cymbā Charontis (ut dici s̄vevit)  
habe-

(δ) Cat. Maj. (ε) Phorm. A. 4. sc. 1.

(ζ) p. m. 465.

habeat, nondū tamen abjectit curam rei  
familiaris, aut agendæ, aut custodiendæ,  
cui mitum quantum incumbit; cujus rei  
causam supponit Aristot. cit. Clarem; fri-  
giditatem; verum possunt & aliæ addi,  
quod, videlicet, multa infirmita in vi-  
ta sustinere coacti senes, facta s̄p̄e ju-  
stura bonorum, s̄p̄e caritatem annonæ,  
incendia, naufragia passi, didicerint  
multos esse perferendos sudores, ante-  
quam damna resarciantur; vel si ipsi ex-  
tra pericula fuere, aliorum tamen casus  
esse docuerunt cautores; imò arbitran-  
tes se quotidiè magisque ac magis debi-  
litari, timent, ut exantelendis laboribus  
& erroribus sufficiant. Similia senex re-  
putans, interior, quæ possidet, condit  
angulo, si forte quod malum ingruat,  
ut tanquam firmum præsidium ha-  
beat, quod opponat. Taxat hoc Cīc (η)  
Avaritia senilis vituperanda est maxi-  
mè: potest enim quidquam esse absur-  
dius, quam, quo minus vie restat, eo  
plus viatici quarerer? Excipit tamen e. l.  
Curius. Exemplum hujus characteris  
vulgare sed jocosum, habes in Euclione  
Plautino (θ) qui pumice aridior, aquam

cum lavat, plorat profundere: unguium;  
ē constrina colligit atque domum secum  
auffert, p̄segmina, qui vel famem si  
roges utendam, non sic daturus: & Cras-  
so, (ι) in cuius demum otis rictum, au-  
rum liquidum, cui inhiabat, infusum est:  
Ideo Mitio senex apud Ter: (κ) O no-  
ster Demea, ad omnia alia, atate sapi-  
mus rectius: solum unum hoc vitium  
ad fert senectus hominibus: Attentiores  
sumus ad rem, omnes, quam sat est:  
Egregiā satyrā taxat hos more suo Phœ-  
drus, [λ] ut alios nunc præterea m be-  
nē multos,

## THES. III.

**Q**UONIAM etiam frigiditas sanguinem,  
& per consequens temperamentum  
occupavit, hinc, non amplius tam au-  
dax est, ad capessendas res & consilia,  
sed omnia quæ incæptat, cum timore &  
metu peragit. Spiritus animales senum  
non vividi sunt, sed torpent, hinc nec  
ad bellum seu ad manum conserendum,  
habiles esse possunt, sicut alias, ob pru-  
dentiam, consiliis suis multum adesse a-  
hīs valeant: quales Ucalegon & Antenor

ab

(ι) Flor. lib. 3. c. 11. (κ) Adelph. a. 3.  
fl. 3. (λ) lib. 4 c. 18.

ab Homero Iliad. 3. describuntur. E du-  
obus, aut tribus eventibus qui poterunt  
contingere, semper cogitant pejorem,  
cumque cum timore cayent: per lon-  
gam enim experientiam, hoc Terent:  
effatum, non esse contemnendum, didi-  
cerunt; Ita cest sapere, non quod ante pe-  
des modo est videre, sed etiam illa, que  
futura sunt (μ) Meticulosi autem licet  
sint, sunt tamen etiam maximè prudentes  
(de qua re sub finem pauca) pruden-  
tiam enim Aristot: 14. scđ; probl. 8. (ν)  
in frigido consistere ait; animositatem  
vero & fortitudinem à calore proveni-  
re: hinc, idem notat, infantes notabili-  
liter meticulosos, insigniter prudentes  
esse evasuros: meticulosi autem & anxii  
senis characterem, observavit Plautus in  
suo Euclione (ξ)

## THES. IV.

**S**ICUTI supra, in delineandis moribus  
adolescentium, diximus eos rapidè &  
velociter res gerere, quas fibi proposu-  
erunt, sic ut in compluribus aliis, in  
contrarium abit senum, non enim tec-

me

(μ) Adelph. a. 3. sc. 3. (ν) Aesc: Maj.  
p. 463. [ξ] Aulul: a. 1. sc. 2.

merè aliquid agit, aut agendum suscipit, sed consilia & actiones procrastinare & in diem differre solet, vident enim temeritatem, quæ sine consilio se præcipitat, raro negotiis feliciter absolvendis, proficuum fuisse, ut sèpius memorarimus. Unguem e, latum, ab isto sapientis Rom: præcepto, deliberandum esse diu quod statuendum semel, haud discedit. Sic Fabius cunctator, ap. Romanos dicebatur, de quo Ennius (o)

*Unus homo nobis cunctando restituit rem.*  
*Spe autem longus est, scilicet vitæ continuandæ, non fortunati exitus, sic enim hæc cum supradictis pugnarent.*  
*Nemo illorum tam est decrepitus, qui se non poterit annum posse vivere.* (π) *In-eritem, pariter dicit Horat. quod alicui fortè absolum videtur cum nihil minus sint lenes quam inertes; quin potius, quantum vires permittunt, laboriosi & ad rem familiarem attenti, ut supra di- ximus; sciendum itaque hic, non desi- gnari inertiam talem, quæ sit fuga la- boris, sed tantum languorem & lentitu- dinem, quæ in rerum executione cerni- tur. Avidi deinde sunt, non tantum*

divi-

(o) cit. Cic. Off. I.p. m. 72. (π) Cat. Maj.

divitiarum, verum & sapientiæ, quæ a- nimi divitiæ est; corporis enim volupta- tes non amant. sic commemoratur de quodam sene, cuius, animam agentis, amici, extrema fata exspectantes, dum forte præsentes disputarent, arrexit se il- le, cubitoque innixus libenter sermones eorum audivit, interrogatus, quid am- plius addiscere vellet, cum sibi doctrina utilis non esset, resp. saltem sapientior moriar. Circumfertur & Solonis di-ctum, qui, licet alterum, inquit pedem in sepulcro haberem, ramen philosophari non desinerem.

## THES. V.

MOROSI quoque difficiles & queruli, solent esse homines in senectute, quod partim provenit ex malis, quæ pati coguntur, sicut ægrotos intractabiles e- chinoque asperiores, quandoque vide- minus; partim etiam, quod juniorum aliorumque effrenem licentiam tolerare nequeant. Quam ob rem quoque ut i- plos ad virtutis studium pertrahere que- ant, solent illis inculcare, quam fruga- liter quamque bene, dum juvenes fue- gunt, suam ætatem transegerint, ut suis ex-

exemplis instigati, hoc idem illi agant. Sic, proprie<sup>r</sup> laudis ebuccinator fuit M<sup>c</sup>e nedemus Terent: (4) ego istuc etatis non amoris operam dabant, sed Sc. Ide circa in ead. fab; (5) conqueritur Clitiphō; Quām iniqui sunt patres in omnes adolescentes judicēt Sc. ex sua l<sup>i</sup>g<sup>b</sup> hidine moderantur, nunc quae<sup>s</sup>t, non quae<sup>s</sup> olim fuit. Conjunget his si placet Plin. Ep. 12, Lib. IX. idē bēnē Cato in mor. dist:

Multorum eum fata senex & dicta recenses,  
Fac tibi succurrant, juvenis quae feceris;

ipse,  
Reperias & quosdam senes, qui cicada<sup>s</sup> sunt vocaliores; quod forte & inde fluit, quia minimē invidi, aliis bene cupiant, consulturi junioribus, ut hoc faciant, id negligant; idē, prolixā exempla & narrationes in medium proferunt, quod si viderint, sine fastidio auscultantes, protrahunt adhuc dictionem in horas multas, seu ut Barelajus dicit: (6) etiam quo patientior aut perereundior erit, quem ad illud audiendi supplicium rapuerint, hoc miseriū eum plellent. Ideo addit,

(4) Heaut. a. 1. sc. 1. v. 58. (5) a. 2. sc. 1.

(6) Icon. Anim. p. m. 12.

55

fronte saltem ac luminum nutu, quicq<sup>ue</sup> quid dixerint, letus accipies: hæc illis est voluptas; corporis enim voluptates amplius nesciunt, ut docet Cicero. (v)

## THES. VI.

**A**LIIIS morib<sup>s</sup> enumerandis vel cons<sup>u</sup>ltō supersedemus, vel ob brevitatem supersedē cogimur, ultimum ergo hujus etatis incommodum hic breviter nominabo, ne reverendæ huic etati injuriam facessere videat; & illud suspicacitas, seu incredulitas est: cum enim multa experti sunt, hoc etiam experiebantur, parum nempe fidei hominibus esse habendum, & quibus vel, ipsi decepti sunt, juxta Cicer: Primum quidem decipi incommodum est: iterum stultum; tertium turpe; & Terent: (7) Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo suspicios: ad consumeliam omnia accipiunt magis: propter suam impotentiam, se semper credunt neglisi: Vel, quod forte ipsi antea deceperunt alios, juxta provis<sup>u</sup> rū juxta se omnes fures esse putat, quod ex Ciceronis in Sallustium, & hujus vice in illum invectiva, forte non insulse etiam colligere est.

(7) Cat. Maj: (8) Adelph. a. 4. sc. 3.

Foret hic non injucundus discursus, de iis  
qui morte Aunia h. e. sera & in senectute  
obtingente, defuncti sunt, sed vela contra-  
here ipsa brevitas juber.

## THES. VII.

**VITIA** vidimus, breviter virtutes se-  
num spectemus, quæ fere singulae,  
peccatis juvenum oppositæ sunt. Judi-  
cia enim non solent præcipitare, sed  
hæc formula, sorte, sapissimè utuntur,  
quo ipso ruborem conciliant, quorun-  
dam adolescentium immaturis judiciis,  
qui non raro solent gravissimum viro-  
rum facta scriptaque censurâ sua rigida,  
ineptâ licet, perstringere, quod tamen se-  
pius in iros auctores cum fœnore re-  
dundare vidimus. Lusus Venereos igno-  
rant, cuius contrarium experimur in  
juvenibus. Unde Virg. (χ)

Frigidus in venerem senior fruſtraque la-  
Ingratum trahit Sc. (borer)  
Plura videsis in Cicer: Cat. Majore.  
Nec sine ratione, in S. scripturis, (ψ)  
estate proœctis, honorem & quævis offi-  
cia, præstare jubemur, præteritum in præ-  
ce-

(χ) Georg. 3. v. 97. (ψ) Lev. 19. 32.  
Hiob. 31. 7. 8. Prov. 16. 31. Syr: 80

cepto IV. decalogi, ubi patris nomine,  
communis interpretatio, Theologi etiam  
ipos senes includi afferunt. Et ap. La-  
demonios, honestissimum domicilium fuisse  
senectuti, affirmat Cic: (ω) maximo ve-  
ro præ aliis honore, eos senes prosequi  
tenemur, quorum canitatem virtus ornat  
& sapientia: non inquam, temerè ad id  
obligamur, sed potissimum ob pruden-  
tiam, quam ex longa experientia, quæ  
doctorum æque ac indoctorum magi-  
stra est, haurierunt. Charactem a. senis  
prudentis, describit Homerus in Nestore.  
(α) Ideò, felix illa respubl. semper habita  
est, ubi consiliarii senes reperti sunt. Pru-  
dentia e. virtutum Domina, ap. senectu-  
tem potissimum locum habet; unde Job.  
(β) apud patres est sapientia & intelli-  
gentia apud senes. Hinc etiam DELIS  
ipse glorioſus, apud Proph: (γ) Anni-  
quus dierum, dicitur; non quod ita  
ceu nos mortales, mutationi alicui ob-  
noxius sit; sed ut ad nostrum captum,  
ejus summè abstrusa profundissimaque o-  
mniscientia, sapientia &c. denotentur  
quippe, qui perfectiores prudentioresque,

H

ue

(ω) Cat. Maj. (α) Iliad. 1. Sc. (β) c. 12. v. 12.  
(γ) Dan. 7. 9. 13.

ut senes solent, sunt, eo minus ratiocinā-  
tione, sive discursu utuntur, & sapientiores,  
qui magis ad angelorum similitudinem  
accidunt, plura quam alii, sine discursu in-  
telligunt, ut verba Le Grand nunc faciam  
mea. (d) Significatur ergo per illam vi-  
sionem, sapientia DEI intuitiva & perfe-  
ctissima. Ita Patriarchæ ante diluvianis,  
quorum ætas, per aliquot centenarios du-  
ravit, per experientiam tam diurnam,  
profundam sibi sapientiam etuditionemq;  
præsertim in Astron. & Historia naturalis  
comparare potuerunt; ut testantur co-  
lumnæ Semi, à quibusdam auctoribus me-  
moratae. Quid autem faciat experientias,  
seu longa annorum series, ad prudentiam  
vel scientiam, appetet ex scientia, quæ per-  
hibetur (vel illam et am obcausam, ut alias  
ræcam) esse excellens in diabolis, præci-  
puè rerum naturalium, unde quoque  
dæmones, i. e. scientes appellantur. In  
Apocal. (e) m. dæmon antiquus serpens  
dicitur. Inde Proverb: Diabolus multæ  
sunt, quia multæ est atatis.

THs

(d) Inst. Phil. part. 8. c. 1.

(e) Capo 12. 9.

## TH. VIII.

QUE vero causa sit, quod senibus ca-  
put tremat, (vel ut loquitur Catull. (f))  
Gana tempus anilitas omnia omnibus  
annuat:

nec non alia membra, faciesque rugis im-  
pleatur, oculi hallucinentur, somnus bre-  
vis sit, dentes excidant, de quibus Eccle-  
siastes (g) figuratè loquitur, sicut & ca-  
pilli decidant atque canescant, (qui no-  
stro (g) nives capitis dicuntur) quo-  
modo Naso de se ipso canit;

Jam mea cygneas imitantur tempora

plumas

Inscit &amp; nigras alba senecta comas:

Jam subeunt anni fragiles &amp; inertior etas,

Jamque parum firma me tibi ferre gra-

ve est. (i)

Ea omnia plerunque, ab inopia caloris  
nec non siccitate, & per conq: nervorum  
debilitate, deficientibus spiritibus animali-  
bus, deduci posse affirmamus, haud aliter ac  
autumno, ingruente frigore, folia arbo-  
rum pallescere, delabi, rugosa fieri &  
contrahi, cernimus; ceterum singula eo-  
rum, choro Physicorum exactius exami-

nan-

(f) lib. 1. Carm. 62. (g) c. 12. 3 seq. (h)  
Carm. lib. 4. od 13. (i) Tripl. 4. Eleg. 8.

nanda relinquimus, ne faleem in messem alienam mittere dicamur. Essent & quædam, ob argumenti affinitatem, in medium proferenda, de ingenio & moribus mulierum, servorum, meretricum, parasitorum &c. cum & illorum character probè a Comicis & aliis Poëtis debeat observari; sed verat nos angustia temporis & ipsa brevitas, nam alias etiam ultra quam speravimus crevit noster labor, doctiorum ergo curæ & judicio istum pariter discursum linquendum censemus.

### THES. ULT.

**H**EC ita simplicissimè prolata, non sic intelligenda sunt, ac modo recentis proprietatibus, quæque ætas & quis homo, absque exceptione pateret: locuti quippe sumus non universalitate metaphysica, sed morali duntaxat. Variant enim ingenia hominum, pro ratione regionum, climatum, institutionum, educationis, alimentorum (sic ebrii aliter, aliter sobrii sunt dispositi) & similium; ut prolixè, & non vano opere, hoc clare demonstrant, Alexand. ab Alexand. [x] Johannes Bodinus

(λ)

(x) Gen. dier. lib. 4. c. 13.

(λ) Huartus, Claremontius, Barclajus [μ] & alii passim, quæ tamen non jam pluribus vacat persequi. Sic Socrates, cum quidam, cui moris erat ex lineamentis corporis latitantes cujusque animi affectus & mores dijudicare, eum disisset hominem esse libidinosum, petulcum &c. reposuit: talis quidem natura esse, sed vitia ista ratione emendavi.

(ν) Ait etiam Tullius: Ut in corporibus magna dissimilitudines sunt: alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis, aliis dignitatem inesse, aliis venustatem; sic in animis existunt etiam maiores varietates. (ξ) An vero astra influentiis suis in voluntates hominum agere, atque eorum mores & instituta dirigere possint, affirmare non audeo, cum eo dato, libertas tolleretur hominum, vana virtutum studia, leges inutiles essent, nec non aliae ineptiae, quæ

[λ] lib. 5 de Rep. cap. 4.

(μ) Icon. anim.

(ν) Cic. 4. Tus.

(ξ) Off. 4.

quæ istam assertionem concomitantur;  
ut egregiè & argutè, de ista materia  
dixerit Nicopompus apud ingeniosis-  
simum Barclajum. (o) Atque nos  
hic subsistimus.

**DEO Immortali, Regum Regi**  
**&**  
**Domino Dominorum, sit Gloria!**

(o) in Argenid. lib. 2. cap. II.



Då dess

Ebreborne och Vällärde  
Her JOHAN NORGREW  
Ett lärda Värct berömligen ned  
allas Nöje försvarade:

**S**en åchia Pallas Son som lärde med  
Vissdom mäta  
Sin lärdom-hunarand' Sida dä andra  
sig haa käncke  
I lasters Asia ned och aldrig trognast  
På Bacchus, at the må all Wälust iffo  
tersäta.

Jag säger een som så har med Försändes  
wingar

Sig högre swinga lärde du den sin' dge  
gar niet

I detta aldrig än af Ardet blifvit trötts/  
Han Theons Lasse-land / sig åt berömmat  
swingas

Om min fast klena Kild / Her MÖR  
SK M fund' of uat

Ehr aldrig sparda Kilt och ähre wärde  
Dygd,

Som sids på Wisshees grund orhigglig  
marie by d/

Jag ville mig här om på högsta sic beståa:

A

Då

tin

At med sin åchta Fårg den samma wäl af  
säteas  
Jag skall' til tijders trog Ehrt Läf ut-  
söra så/  
At ock den seen're Verld der af fund  
höra få  
Wärckställas borde / Sij! af mig ale dee  
med rätta.  
Men som iag der hoos weet / det iag oce  
offea präswat/  
her NÖRGREN til sitt Läf een  
Wlygel sielmer bår/  
Som det een Dyygdig Siäls egentlige  
Wärcke är/  
Så wil iag detta haa i Thysthez Famn in-  
söswat.  
Och Enskar Pallas må Ehr hasda Måda  
lönai  
Som henne åltjd söke med Bljst tilhan-  
da gål  
Då J så eroligt söke i hennes Dienst  
at slå/  
Hon lör vår Enskan ey / (iag säkere gissat)  
söna.  
Således yrrar sig i sör-  
sta Hasti  
SAM, RISTELIUS,  
Wib.

Prestantissimo atque Pereximio  
DN. JOHANNI NÖRGREN  
Amico & Populari suo omnium  
candidissimo!  
Ingeniose satis fabulati sunt veteres  
Poëtarum, Musas in arduo montis con-  
sidere, viamq; ad illas non modo ar-  
duam & asperam verum etiam innu-  
meris tentibus yepribusq; interclusam;  
Hoc suo non minus docto quam exqui-  
sito invento haud obscure innuunt soli-  
dam eruditionem non venire in finum  
dormientibus, nec oscitantibus in ora-  
delabi, sed perpetuis laborum molestiis  
acquiri, comparari, possideri, juxta illud  
Horatii,  
*Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.*  
Idipsum Te Præstanitis, Dn. Responderis,  
subtili ingenio egregie pensasse ex Di-  
putatione Tua, de ÆTATUM VARIETATÆ  
& Characteribus egregie conscripta plus  
satis innotescit. Gratulor proinde Tibi  
Pereximie Dn. Norgren quod tam te-  
licem institeras viam; faxint Superi ut  
alba tibi contingent omnia! bonisque au-  
I spie

spiciis anchoram sustollas! Quod non  
minus exopto quam exoro, optaturus  
etiam, dum memor ipse mei, dum spiritus bos  
regit artus.

AND. A. MONTANUS  
Wib. Car.

Til

Den Ehreborne och Wållärde  
Herr RESPONDENTEN,

Jag har förr talas hördt / at den sig  
fljttigt öfwarat/  
Och i the Lårdas Wårc / sitt största  
nbje hafft/  
Han offia funnit haar / i dem en sådan  
krafft/  
At han med stort beröm / lärde blifivit  
oförtöfwarat.

Når jag nu detta Taal / wil mig til sin  
nes föra  
Nößhaar i Nordan wåxt/ en GREEN  
som förr war gömd/  
Ett Prof han wiſa tänkt / han wil ej  
en mara gömd/  
Sin oförtrutna Blift/ han allö läter höra.

Når

Når han så sinrist wil / bland Lårda  
Talet öfwa  
Om ålders Skiftning stoer / som man  
det noga seer

Rått utaf detta Wårc / her NOR.

GREEN nu framteer  
Giörs of en meer behof / th Monus sielf  
har pröfwa.

Rått af en Plick / sag Ehr bepriser  
Landz Man kåra

Ehr Godheet haar mig så / på denne  
Orten hyst/

Ehr Trooheeß liuß ocksa / det har så  
för mig hyst/

Når jag del täncker på / bör jag Ehr  
stoerlig åhra.

Gåledes i hastigheet afslade  
sin Skyldigheet

HENRICUS Herz.  
Wib. Carel.

**E**xoritur fauste rutilans aurora diei  
Pallados auxilio præmia digna ferens,  
Jami tibi post natus Norgren virtutis amator  
Et Rosa Musarum Castalidumque decus;  
Nonne igitur meritum virtus & triga sororum  
Te evehet nuuc, Musis qui & pietate viges?  
VIVE ergo felix, CVnCrosque VIresCe  
per annos!

Ut Serto CIngrat MagnVs APOLLO CapVt.

Rudi penicillo, animitus tamen  
hac pauca adjecit

REINHOLD Hertzl  
Wib: Cat:

---

**D**um satagis Norgren sic famam exten-  
dere scriptis

Virtutis rare das documenta tuae.

Antistes Pallas Musarum valde celebris,

Muneribus tandem condecorabit opus.

Paucula hæc addidit

SAM. DIKANDER, Wib.

